

12 *Punctus est*, quando homicidium est commissum cum qualitate animi deliberati, non tamen proditorie. Et hoc casu multi tenent, quod talis homicida non sit ab ecclesia extrahendus, quod secundum communem opin. seruatum asserit Alex. in d. consil. 145. num. 46. & 51. lib. 7. prout illum refert Pract. Conradi fol. 268. num. 6. in fin. ubi (vt dixi) Alex. in contingentia facti ita consuluit. Et hanc opin. seruari ait Blanc. in pract. crim. fol. 4. num. 26. Contrariam tamen sententiam dicit esse magis communem Didac. in d. c. 20. post nu. 7. vers. in his profecto casibus. Et in hanc partem aperte inclinavit Senatus in causa cuiusdam Nicolai Siluerti. 7. Julij 1561. P. N. Et licet Didac. ibi videatur sequi opin. Abb. quod scilicet non possit extrahi, nihilominus subdit, quod propter Doctorum auctoritatem, & communem opinionem sapientissime tales homicida ab ecclesiis extrahuntur, prout etiam in facti contingentia seruatum fuisse attestatur Guido Papa decisio. 121. in camera consilij, 10. Gal. q. 17. 2. §. per arrestum, Pape. li. 1. tit. 1. ar. 18. Boer in d. decis. 109. post nu. 7. Ita etiam se pluries vidisse indicari dicit May. in l. nemo de domo. num. 10. ff. de reg. iur. Ita etiam obseruari in tota Italia attestatur Practica Papae in forma inquisitionis, in verbo, Hac est quadam inquisitio, nu. 31. in fine dicens, quod ita bene prout dicitur obseruat Italia, quae est omnium prouinciarum domina, quae residet in monarchia, & in qua est omnis virtus scientiarum, & fructuum affluencia, & locorum, & ciuitatum pulchritudo, et magna copia, quem refert Remig. de immunit. eccl. fol. 6. Alciat. de praesumpt. in 3. reg. praesumptione 33. nu. 4. Et quauis hoc communiter reprobant asserat Marian. in c. 1. nu. 3. de homic. & in tractatu de citat. artic. 37. q. 6. col. 1. & Boss. in tit. de captura, post nu. 21. tamen secundum hanc

opin. tanquam magis communem, & a consuetudine approbatam vidi pluries indicari, et in specie contra quemdam Franciscum Casusinum, qui licet captus fuisset in ecclesia, intellecto per Senatū, quod homicidium fuerat antimo deliberato paratum, fuit ultimo suppl. cio affectus. 8. Aug. 1562. P. N. & alias etiā contra quendam Petrum Ant. del Conte, qui homicidium animo deliberato commiserat, & captus fuerat in camera cuiusdam monachi in monasterio S. Sigismun. Cremona, & fuit iussu Senatus illi caput amputatum, 26. Apr. 1554. P. N. Neque putabam ea in practica esse recedendum, ne spes impunitatis praebeat sceleris hominibus occasionem delinquendi.

13 Hoc autem multo magis obseruandum esset, quando tale homicidium per insidias commissum fuisset; talis enim homicida insidiosus proculdubio non gaudet ecclesiae immunitate. Et hac est communis opin. quae in practica seruatur, vt attestatur Remig. in loco praalleg. in 13. fallentia prout etiam in practica seruatum fuisse attestatur Milles. in pract. crim. fol. 31. nu. 19.

14 Quæro, an fures gaudeant immunitate ecclesiae. Resp. De iure nulla est difficultas, quin gaudeant, sed Didac. in d. c. 20. num. 13. in fin. dicit, quod consuetudo consensu clericorum, & laicorum instituta obtinuit fures etiam simplices non gaudere ecclesiae immunitate, & quod ita passim ab ecclesijs abducuntur iniuri a iudicibus secularibus. Hac consuetudo apud nos non seruatur: bonum est tamen illam seruare in locis, in quibus est copia furum, prout etiam eos in Gallia abundare dixit Igneus in l. 1. §. si sibi manus, nu. 127. ff. ad Syllan.

Item quæro, nunquid immunitas ecclesiae proficit illis, qui in ipsa ecclesia delinquant? Resp. quod non, vt est tex. in c. fin. de immunit. ecclesiarum; & in hoc omnes conveniunt, vt ait Didac. in d. c. 20. nu. 15. Nam qui ecclesiam delinquendo offendit, non est dignus, vt eius beneficio inuenitur. Et hoc intellige etiam in furantibus in eccl. Et ita communitate notatur, vt dicit Ang. de Castr. inter consil. Pauli de Castr. patris sui in d. consil. 459. nu. 1. in fin. lib. 2. quae tamen aliter refert Didac. in loco praalleg. post nu. 15. vers. 25. prout etiam h obseruatum fuisse in quodam sacrilegio attestatur Pract. Milles. fol. 31. nu. 21. & generaliter in quocumque delicto in ecclesia commissio, etiam si non interueniat homicidium, aut membri mutilatio: quicquid dixerit Card. contra quem est communis opin. vt attestatur Re-

lib. 2. centu. 4. cap. 301. sub nu. 16. Nota tamen perpetuū, quod si quis post acceptam iniuriam statim, & non multo interiecto tempore, etiam per insidias in iuriantem occiderit, quod nihilo minus gaudet privilegio coniugendi ad Ecclesiam: Menoch. dicta Centuria 4. casu 361. nu. 19. Drogh.

Punctus est, Vulpell. respons. 128. ubi etiam si ex insidijs, alia de qualitate animi deliberati quaestione supra citata, numero 23 & 24. Ros.

Punctus est, quando homicidium, Adde, quod nec etiam mandans fieri homicidium gaudet immunitate Ecclesiarum, capit. 1. ibi, vel defenderit, siue occultauerit de homicid. in 6. & Anton. Columb. in tract. suo de procedend. in controuers. crimin. art. 117. inter tract. crim. diuersi. Baiard.

f Quæro, an fures. Farinac. d. q. 28. nu. 51. 57. & 58. Ros.

g Item quæro. Quid si prope Ecclesiam; Vulpell. d. consil. 150. videtur Farinac. dicto numero 53. & 54. Ros.

h Obseruatum fuisse. Sed quis cognoscat, an laicus, vel ecclesiasticus, Clarus infra q. 38. vers. Videt etiam Ros.

i Quicquid dixerit Cardin. Tu vide Rolan. in in quaest. 36. numero 50. Ros.

Hac

20 *Hac tamen conclusio*. Adde, quod delinquens in ecclesia, siue prope ecclesiam animo delibato, non autem in rixa, presumitur delinquere sub spe immunitatis ecclesiae, Henr. Boich. in c. eccle. de immunit. eccl. & Anchar. in c. fin. cod. tit. quæ refert, & sequitur Alci. in tracta. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 33. nu. 3. ubi plus tenet, quod interficiens alium ex proposito, & pro tunc ad ecclesiam fugiens presumitur sub spe immunitatis id fecisse, licet ibi teneat, quod regulariter quis non presumatur sub illo spe delinquere ad prædicta, vide etiam Vulpell. in consil. 130. nu. 7. Baiard.

21 *Sed quid si aliquis*. Farin. d. q. 28. nu. 59. Ros. in Quinimò. Adde, quod hoc procederet, si de sacrilegio, non fuisset punitus, tunc enim ille, qui sacrilegium commisit, si ob aliud prius, vel posteriorius delictum commisit fugit ad ecclesiam immunitate non gaudet, ita tradit Boer. in decis. 110. nu. 10. licet in fine dicat cogita. Baiard.

22 *In Ecclesia*. Farin. ubi sup. nu. 7. & 8. Ros. o Præterea quæro. Farin. ubi sup. num. 68. & idem in apostata, hæretico, seu infedeli.

23 *Præterea quæro*. Adde, quod Iudei, si volūt fieri Christiani, huiusmodi immunitate gaudet, per Rebuff. in to. 2. in constit. de immunit. eccl. artic. 1. vers. quinto excipitur, fol. 336. Baiard.

p Se indignos faciunt. Adde hoc esse, quia de iure indigni, & odiosi non comprehenduntur in gratijs. Testamento Centurio seruos, ff. de manumiss. Test. & hac fortassis est ratio, quare complice reuelanti, impunitus non seruatur, de qua supra, quaest. 27. vers. in multis. Drogh.

q Quæro etiam. Farin. d. loco nu. 39. Ros. r Pone familia. Far. d. loco nu. 44. Ros.

24 *Pone familia insequitur reum*. Adde, quod si familia reum caperet, & assereret eum cepisse in loco non sacro, & sic extra ecclesiam, vel fines ec-

migijs in loco praalleg. in 3. fallentia, num. 5. Hac tamen conclusio intelligenda est, (secundum aliquos) vt procedat in ijs, qui delinquent in ecclesia sub spe immunitatis ipsius ecclesiae; sed quando apparet aliquem non sub ea spe in ecclesia deliquisse, vtique gaudet ipsius immunitate, & hæc fuit opi. Host. quam dicit esse communem Remig. in loco praalleg. in 3. fallentia, nu. 3. subdens, quod si non ex proposito, vel veteri odio, sed casu fortuito quis committat delictum in ecclesia gaudebat eius immunitate. Et quod ista est communis opin. quæ tamen apud nos non posset in practica obtineri, semper enim vidi indistinctè seruari, quod qui in ecclesia deliquit, reputatur indignus, vt eius immunitate se defendat.

25 *Sed quid si aliquis in una ecclesia delinquat, & deinde in aliam ecclesiam confugiat, nunquid defendetur ab hac secunda ecclesia, vt gaudeat eius immunitate?* Resp. quod non: & est communis opin. vt attestatur Remigius in loco praalleg. fol. 123. in 11. fallentia, nu. 2. Cum enim vna sit per totum orbem vniuersalis Ecclesia, qui facit iniuriam vni particulari ecclesiae, omnes offendisse videtur. Dicit tamen Summa Syluestrina, in verbo Immunitas, §. 3. q. 2. vers. tertium est, quod de consuetudine apud aliquos contrarium seruatur. Sed certe apud nos communis opin. seruaretur in practica.

Quinimò (secundum aliquos) ille, qui semel delinquit in ecclesia, si iterum delinquat extra ecclesiam, & post delictum ad ecclesiam confugiat, nõ debet eius immunitate gaudere: et ita in facti contingentia decisum fuit per Capellam Tholosan. decis. 422. Item fuit quæsitum, an si aliquis, &c.

26 *Plerius quæro, nunquid clerici gaudeant immunitate ecclesiarum, ita vt ab illis iniuri extrahi non possint ab eorum iudicibus ecclesiasticis.* Resp. quod sic: non enim

debet esse deterioris conditionis quam laici. Et ita consuluat Rom. consil. 234. & est communis opin. vt ait Diaz in pract. crim. c. non. cap. 115. Sed quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, vt attestatur Diaz in loco praallegato, quem refert, & cum eo concordat Didacus in d. c. 20. num. 16. & Remigius in loco praallegato, fol. 151. fallentia 21.

17 *Præterea quæro, nunquid Iudæi confugientes ad ecclesiam gaudeant eius immunitate.* Respon. quod non: ipsi enim sua infidelitate se indignos faciunt eius beneficio. Et hæc est communis opin. vt dicit Mars. in l. ex Senatusconsulto, num. 7. & sequ. ff. ad l. Corn. de sicar. quem refert Remig. in loco praallegato, in 18. fallentia.

Bene verum est, quod multi tenent contrarium, quod scilicet etiam Iudæi gaudeant hac immunitate. Et dicit Didac. in d. c. 20. post nu. 11. vers. 1. quod hæc sententia videbitur fortasse frequentiori auctorum calculo recepta: Tu verò non recedas a prima opi. tanquam veriore, & magis communi. Non enim debemus erga Iudæos perfidissimos Christiani nominis hostes aliqua humanitate vti, vt dixi supra lib. 2. §. Iudæus.

18 *Quæro etiam, nunquid excommunicati, si delinquant, gaudeant immunitate ecclesiae.* Resp. quod sic, & est communis opin. vt attestatur Boer. decis. 10. num. 7. quem refert Remig. in loco praalleg. in 19. fallentia, num. 1. & Didac. in d. cap. 20. num. 11. Quæ conclusio licet in puncto iuris non transeat sine difficultate, tamen propter honorem Dei non esset ab ea in practica recedendum. Faciunt, quæ dixi infra q. 77. vers. sed nunquid.

19 *Pone, familia insequitur reum: & postquam ipse per loca profana aliquantum aufugit, recipit se in ecclesiam, nunquid poterit ab ea extrahi?* Respon. Alqui dixerunt, quod sic: certe contraria opin. est verior, & etiam magis communis, vt attestatur Remigius in loco praallegato, fol. 203. in 31. fallentia in fin. & ita seruatur, prout etiam se obseruari vidisse attestatur Boss. in tit. de captura, nu. 22. Et reperio Senatū ita iussisse in casu cuiusdam Alex. Magni. 13. Febr. 1543. P. N. Quinimò cum semel carcerati, qui Papæ deirebantur, & carcere ipso aufugissent, & in ecclesiam se recepissent, & iussu illustrissimi Ducis (vt dicebatur) ab ipsa ecclesia, in quem confugerant, extracti fuissent, Senatus iussit ipsos tanquam mala extractos ecclesie restituere 28. Decembris 1557. P. N. Et idem quoque per Parlamentum Burdegalense obseruatum fuisse refert Pape lib. 1. tit. 1. ar. 17. & Boer. decis. 110. num. 9. licet contrarium aliquando iudicatum fuisse refert Chassan. super consuet. Burgund. fol. 55. num. 116. de quo mentionem facit Remigius in loco praallegato, fol. 199. in 29. fallentia.

20 *Quæro nunc, nunquid in casibus, in quibus delinquent non est totus immunitate ecclesiae, possit iudex secularis illum propria auctoritate ab ipsa ecclesia extrahere.* Respon. Salyc. in l. si quis ei, num. 6. c. de adult. dicit, quod

eccl. & delinquens diceret, se captum fuisse in loco sacro, an sit credendum familiae, & Decian. in tractatu crimin. libro sexto, capit. 29. numero decimo, tomo 2. tenet credendum non esse familiae: sed ego credo, quod hoc non obtineretur in practica, quia omnes rei ita dicerent. Baiard.

f Quæro nunc. Idem Farinac. numer. 55. & 57. Ros.

Quæro nunc, nunquid in casibus. Adde, quod licet iudex secularis iurare teneatur, antequam Reum extrahat ab Ecclesia, quod vitam, & membra ei delinquenti in honorem ecclesiae seruabit, cap. id constituimus, &c. reum

rum 17. q. 4. & Guid. Pa
pa decif. 121. in fine, hoc
tamen hodie no' seruat'ur.
Rebuff. tom. 2. in tract. de
immunit. eccl'iar. r. glo.
3. num. 1. cum sequent. &
26 si iudex secularis promit
teret, non teneretur se r'ua
re dictam promissionem,
secundum Alciat. in tract.
de praeumpt. praeumpt.
33. nu. 5. Sed quando cap
tura no' fuisset facta rite
in ecclesia, captus debet re
stitui ecclesiae, quae petere
potest, vt restitatur pristi
nae libertati, qua de facto
fuit priuatus, vt per Re
buff. vbi supra. Baiard.

i Seruari.] Adde Au
frer in tract. Arrest. capit.
2. 18. G. uot.

ii Debent tamen.] Farin.
nac. d. nu. 76. Ros.

x Quero modo.] An Iu
dex custodia possit a dhi
bere circa ecclesiam, qua
do delinquens extrahi no'
potest, vel illi alimenta
prohibere, Farin. d. q. 28.
num. 9. Rosf.

Quero modo.] Adde, si
27 promissa impunitate cri
minis, coegit a loco sacro
discedere, & secũre de
linquentem, an teneatur
ei seruare fidem. Cynus
in l. praesenti, C. de his, qui
ad eccl'ia. confugiunt, hac
questionem tractauit, &
concludit iudicem no' tene
ri. si delinquens iure po
terat ab ecclesia extrahi; li
cet Fortun. in l. conuen
tionum col. 4. ff. de pactis,
dixerit secus esse, si iudex
non promississet criminis
impunitate, sed delinquẽ
tem restituendum ecclesie
si ab ea exisset, & secum
pergeret fortasse, vt ab eo
feriem rei gesta inquirere
de quo dicto, dubitat
Couarru. variar. resolut.
libro 1. cap. 2. in fine, vbi
attestatur opinionem Cy
ni esse communem. Baiard.

y Postis custodibus.]
Dixi supra versiculo scias
autem, vbi de Cn. Octa
uio Pauli Amij Legato,
qui a violentiam quidem
Asyli ob honorem Deorũ
abstinuit, a fuga tamen, ac
demergatione Perseum ar
cebat. Drogh.

z Scias autem.] Idem
Farinac. num. 47. & vide
infra etiam Clarũ que
stione nonagesima quinta,
in princ. Rosf.

Scias autem.] Adde,
quod D. Farinac. quaestio.

cit quod non, sed quod debet
prius licentiam ab Episcopo
requirere. Sed certe in con
trarium est communis opin.
vt attestatur Remigius in lo
co pra'allegato, fol. 217. in 1.
quaest. circa fin. Vbi etiam
subdit, quod seruat'ur in pra
ctica. Et ita quotidie viden
mus, quod iudices seculares
extrahunt delinquentes ab
ecclesiis non expectata licen
tia episcopi, quia pra'lati, &
iudices ecclesiastici reddunt
se in hoc valde difficiles: &
dum requiritur, & expecta
tur licentia, saepe clerici faci
unt delinquentes aufugere.
Et ita moribus, & praxi
Christiani orbis receptum
esse ait Didac. in d. cap. 20.
post num. 18. versic. 34. ita
etiam seruari in curia Del
phin. attestatur Guido Papa
decif. 121. in fine, & ita plu
ries se vidisse seruari refert
Guilielm. de Benedictis in pri
ma parte repet. cap. Raynu
tius, in verbo. Et vxorem in
Decif. 2. fol. 81. n. 152. ita
etiam de facto seruari atte
statur Boer. decif. 109. nu.
2. u. Debent tamen in hoc iu
dices seculares modeste se
gerere, & prouidere, quod
sine tumultu, & offensa per
sonarum ecclesiasticarum,
extrahantur, & vbi aliquan
do comperiant, quod de iure
non debuissent illos extrahi
facere, debent eos confestim
ecclesiae restituere.

21 Quero modo nunquid si
delictum est tale, pro quo de
linquens ab ecclesia extrahi
de iure non possit, liceat iu
dici seculari positis custo
dibus ecclesiam ipsam obside
ri facere, & prohibere, ne
ad eum alimenta deferri pos
sint. Respon. quod non, &
est communis opin. vt ait Di
dac. in d. cap. 20. post. num.
17. versic. 31. & ita in hoc
dominio seruat'ur. In alijs
tamen locis aliquando vidi
reos in ecclesijs obsideri,
prout etiam in Nortmania
dicit esse hanc consuetudinẽ
Igneus in l. 1. in principio,
num. 9. ff. ad Syllan. vbi ait,
quod per victus subraetio
nem eos exire cogunt, cum
banni impositione, & pena

interminatione, deinde com
pellunt eos abiurare patriã,
& in exilium ire: quod si re
uertantur, & deinde in ec
clesia capiantur, non gau
dent amplius ecclesiae immu
nitate, sed ultimo supplicio
afficiuntur, vt narrat ibi
Igneus, recensendo totam di
sputationem superinde habi
tam in facti contingentia,
vsque ad num. 54. Bene so
lent rei, qui ad ecclesiam
confugiunt, poni in compedi
bus, vel cum bona custodia,
donec cognitum fuerit, an
gaudere debeãt ipsius eccle
siae immunitate. Et ita de
consuetudine obseruari atte
statur Guid. Papa in d. de
cisiõ. 121. circa fin. Remi
gius in loco pra'alleg. f. 238.
quaest. 6.

22 Scias autem, quod hac
immunitas ecclesia prodest
no' modo delinquentibus, qui
post delictum in ecclesiam
confugiunt, sed etiam carce
ratis, vt dixi supra versic.
Pone familia: Quinimo pro
dest etiam iam condemnatis,
& bannitis etiam capi
taliter. Et ita iussit Senatus
restitui Ecclesiae quendam
Io. Testam capitaliter con
demnatum, qui ab ea extra
ctus fuerat. 11. Ian. 1555. A.C. 8

23 Succesiuẽ quero, nunquid ille,
qui ad ecclesiam confu
git, si deinde extractus fuerit in
casibus, in quibus licitẽ
extrahi poterat, possit puniri.
Respon. Old. conf. 154. in
fine dicit, quod extractus ab ecclesia
(secundum omnes)
non punitur pena sanguinis.
Ego tamen in practica nun
quam vidi seruari: nam siue
licite ab ecclesia extractus
fuerit, siue ipse sponte exierit,
et deinde captus fuerit, sæ
per vidi eum puniri, perinde ac
si nunquam ad ecclesiam
confugisset. Et ita etiam seruari
de consuetudine, & s'lylo
Franciae attestatur Boer. in d.
decif. 209. in fin. & dixi su
pra circa princ. quaest.

24 Vltimõ quero, nunquid delinquens,
qui confugit ad sacerdotem
sacram Eucharistiam in manibus
portantem gaudeat immunitate,
prout illi, qui ad ecclesiam
confugiunt. Respond. quod sic,
sunt opin. Hostiens. cum qua
transseunt communiter Doctores,
vt dicit Corset. in suis
singul. in verbo, Cardinalis. Et
dicit Ioan. Arno solilo
quio 80. dicit capitulum, quod
illum sequuntur communiter
Doctores. Dicit etiam Gomef.
in §. penales, post

num.

crim. q. 28. num. 47. di
cit, hoc non esse verum,
28 vt scilicet banniti hac
immunitate gaudeãt, quan
do capitaliter condemnati
fuissent, pro quibus im
munitas lotum non habe
ret; sed solum quãdo fuisset
banniti pro alijs deli
ctis, quibus tali immunita
te gaudere potuissent.
Baiard.

a Fortius dico.] Adde,
quod D. Farin. in d. q. 28. nu.
96. contrarium tenuit.
Baiard.

b Vltimo quero.] Farinacius
dicto loco nu. 11. Rosf.

Vltimo quero.] Adde,
quod Couarruuias in loco
hic allegato no' tenet hac
opinionem, sed dicit, quod
est dubius, an sit vera, di
cens se fateri maiorẽ hono
rem exhibendum fore
Eucharistia, quam ipsi
templis, quibus ob ipsam
Eucharistiam, plura prui
legia conceduntur, tamen
cum immunitas hac cano
nibus statuta sit nullibi Eu
charistia hoc ius extra ip
sas ecclesias datum fuisse
legitur, & vide, qua po
sui infra ad Questionem
98. in Versiculo Sed po
ne. Baiard.

Hic

Item adde, quod sicut de
linquentes.] Adde, quod
30 publici & ferules non
debent intrare domum ali
cuius potentis ad inquirẽ
dum ibi latitantem sine li
centia Iudicis, sed debent
stare. Boer. decif. 174. nu.
31 mero 4. ¶ Sed hoc in pra
ctica non seruat'ur, & quo
tidie ingrediuntur etiam
palatia Cardinalium, vt
infra.

Item adde, quod Ty
berius & Imperator, ne
daretur occasio delinquẽ
di, Asylosum immunita
tes in vniuersa Romani
Imperij ditone abroga
uit: ita inquit Vulpell. in
consil. 130. num. 11. & ita
sæpè fecerunt multi Pon
tifices, & praesertim Six
tus & Quintus, qui huius
modi franchigias, siue asy

LIBER V. §. FIN. Quaest. XXXI.

nu. 50. Institu. de actio, quod
ita tenent communiter Docto
res. Hanc etiam opin. dicit
esse communem Cagnol. in l.
vinum, num. 54. ff. si cer. pet.
Didac. in d. cap. 20. num. 6.
Remigius de immunit. eccl'iar.
fol. 84. Ant. Gomef. cap. 10.
delict. nu. 1. quem refert Pla
za lib. 1. delic. cap. 34. num.
16. Menchiaca lib. 3. de test.
§. 22. nu. 55. Cum enim in ip
sa Eucharistia sit Christus Ie
sus, propter quem ecclesiae
gaudet hoc privilegio, multo
magis in eo idem dicendum
est, quod in ecclesia vide, quẽ
dixi infra q. 98. versic. sed
pone. An autem si eodem
nato detur sanctissima Eu
charistia, debeat eo die mor
ti tradi, dixi infra quaest. 99.

versiculo, sed quaero.

In hoc autem proposito
25 adde, quod sicut non licet
delinquentes ab ecclesia ex
trahere, ita neque etiam licet
Scholares pro aliquo delicto
e scholis extrahere. Et ita de
consuetudine seruari attestatur
Rebuff. de priuileg. scho
lar. vbi refert ob id quosdam
fuisse suspensos, & illum re
fert Horatius de priuileg. scho
lar. cap. 51.

26 Itẽ adde, quod sicut delinquentes
ab ecclesia, neque a palatio episcopi,
ita neque etiam extrahi possunt
a domibus Cardinalium Sanctae
Ecclesiae. Et ita hodie consuetudo
communis obseruat teste
Mansfredo in tractatu de cardinal.
c. 8. in 14. pr. uil.
Tertio adde, quod etiam fugientes
ad statuas Primum sunt securi,
ne inde auelli possint, vt videtur
in l. unica. C. de ijs qui ad
statuas confug. Et est commu
nis opin. vt attestatur Remig.
in loco pra'alleg. fol. 97. in
23. ampl. Dicit tamen Restau
rus de Imperatore, q. 96. q.
hoc de consuetudine non videtur
admissum, neque receptũ.
Et certe credo, quod vix posset
in practica obtinere.

los Cardinalium substitue
runt, vt ex eorum Bullis,
siue Constitutionibus ap
paret. Baiard.

d Tertio adde.] Farin.
dict. quaest. 28. num. 48. &
49. Rosf.

QUEST. XXXI.
Quemadmodum Rei citandi sint.

S V M M A R I A.

- 1 Citari debet reus ante omnia.
- 2 Et quid si princeps procedat contra subditum.
- 3 Et quid in sententia de claratoria censura.
- 4 Citatio in casis criminalibus debet fieri de speciali commis
sione Iudicis.
- 5 Et an in citacione sit exprimenda causa, propter quam reus
citatur.
- 6 Et an citacione possit apponi pena.
- 7 Et an in citacione inseri debeat totus tenor libelli.
- 8 Et quæ sit forma libelli inquisitionis.
- 9 Arbitrium Iudicis quid importet.
- 10 Fama an probetur per illa verba. Fama publica procedente.
- 11 Mensis, & annus an sit exprimendus in libello inquisitionis.
- 12 Scientia, & dolus an in delictis requiratur.
- 13 Clausula super quibus omnibus, &c. inquisitione quid ope
ratur.
- 14 Iudex an teneatur se inscribere in inquisitione.
- 15 Citatio qualiter reo intimari debeat.
- 16 Et an sufficiat, quod intimetur ad domum.
- 17 Et an sit necessaria perquisitio citandi per ciuitatem.
- 18 Et an sit illi danda copia citacionis.
- 19 Et quid sit citandus sit extra territorium.
- 20 Et quid si ambo territoria sint sub eodem praeside prouincia.
- 21 Et quid sit reus sit vagabundus.
- 22 Et an unica citatio in criminalibus sufficiat.
- 23 Et an peremptoria citatio in criminalibus requiratur.
- 24 Et an sit citandus, & pars offensa.
- 25 Et an pendente termino posito in citacione possit inde x capi
facere reum.

Ex Additionibus.

- 1 Citatio nulla non valet ad actum, si procurator compareat, & di
cat de nullitate actuum.
- 2 Citatio nulla valet ad actum, si pro curator simpliciter compareat
& processum continet.
- 3 Princeps an possit tollere citationem remissuẽ.
- 4 Citatio, an sit necessaria, quando causa iudicis arbitrio remit
titur.

- 5 Princeps potest ex iusta causa citationem remittere.
- 6 Principis voluntas non impeditur citatione in actibus, quos
libere potest agere.
- 7 Princeps de plenitudine potestatis quomodo possit ferre sen
tentiam sine citatione.
- 8 Citatio non potest tolli per statutum.
- 9 Citatio prima est de iure naturali, alia verò de iure civili.
Citatio post conclusum in causa est de iure positiuo.
- 10 Citatio non requiritur contra retinentes violenter terras ec
clesiae, vel Imperij.
- 11 Executio potest fieri sine citatione ex processu informatio
secretè factò per legatum Papa contra committentem cri
men lese Maest.
- 12 Citatio sine termino valet.
- 13 Citatio facta generaliter pro interesse fisci non tenet.
- 14 Citationis forma in Regno Neap. remiss.
- 15 Praeceptum non potest esse mutuum inquisitionis.
- 16 Mulla non potest imponi, si formanda est inquisitio.
- 17 Praecepta penalia an requirant causas.
- 18 Praecepta ad informandum, vel ad audiendum, & faciendum
quicquid per Curiam rationabiliter iniungeretur, an valet
remissuẽ.
- 19 Praeceptum Iudicis sine causa cognitione valet circa pertinẽ
tia ad eius officium.
Praeceptum Iudicis in scriptis grauiori pena afficit transgre
dientem, quam voce factum.
Praeceptum potest fieri die feriato, & in camera.
Praeceptum de non ex eundo domo, vt quis commodius capia
tur, fieri nequit.
- 20 Contemnere plus est, quam non parere.
- 21 Dolosus est, qui non sequitur arbitrium imperantis.
- 22 Contumax in criminalibus non censetur Iudicem contemne
re, sed nolle in sui discrimen incidere.
Contumax in criminalibus non mulctatur, num. eodem.
- 23 Confiscationis pena non habet locum pro contumacia in cau
sa civili, etiam si motu Principis fuisset concessa.
- 24 Contumacia an possit remitti, remissuẽ.
- 25 Contumax an possit condemnari nõ dato ei termino ad se de
fendendum, & dicendum causam, cur non debeat mulctari,
remissuẽ.
- 26 Contumax an appellat remissuẽ.
- 27 Mulla in solita, dicitur iniusta.
- 28 Citatio an valeat sub pena confiscationis bonorum.

D d

Mulla